

ab habente? Alii pro pecunia foenerata solent munuscula accipere diversi generis, & non intelligunt usuram appellari, & superabundantiam quidquid illud est, si ab eo quod dederint plus acceperint. (*Lib. 6. in cap. 18.*)

LXXVIII. Quando benefecit nobis, & passus est pro peccatis nostris . . . non pro aliquo merito eorum, qui salvantur, sed propter nomen suum; alioquin viae nostrae, & scelera pessima, non misericordiam meruere, sed poenam. (*In cap. 20.*)

LXXIX. Tempore jejunii à cibis delicatioribus abstinendum est. (*Lib. 1. cap. 10. Daniel.*)

LXXX. Salomon tria volumina edidit, Proverbia, Ecclesiastem, & Canticum Cantorum. In Proverbiis parvulum docens, & quasi de officiis per sententias erudiens, unde & ad filium ejus sermo crebro repetitur. In Ecclesiastes vero maturae virum aetatis instituens, ne quidquam in mundi rebus putet esse perpetuum, sed caduca, & brevia universa, quae cernimus. Ad extremum jam consummatum virum, & calcato saeculo praeparatum, in Cantico Cantorum Sponsi jungit amplexibus. Nisi enim prius reliquerimus vitia, & pompis saeculi renuntiantes, expeditos nos ad Christi adventum paraverimus, non possumus dicere: Osculetur me osculo oris sui. (*In Ecclesiastem cap. 2.*)

LXXXI. Habentes victum, & vestitum contenti simus: & quidquid supra habere possumus, id pauperibus nutriendis consumamus. (*In cap. 3.*)

LXXXII. Porro quia caro Domini verus est cibus, & sanguis ejus vere est potus; hoc solum habemus in praesenti saeculo bonum, si vescamur carne ejus, cruoreque potemur, non solum in mysterio, sed etiam in Scripturarum lectione; verus enim cibus, & potus qui ex verbo Dei sumitur, scientia Scripturarum est. (*Ibidem.*)

LXXXIII. Quando videris peccatorem divitiis affluere,

jactare se potentia, sanitate gaudere, delectari conjuge, corona circumdari liberorum: dicito in illo comminationem Prophetæ esse completam: Non visitabo. (*In cap. 4.*)

LXXXIV. Ne desperetis veniam scelerum magnitudine; quia magna peccata, magna delebit misericordia. (*In Isa. cap. 2.*)

LXXXV. Quærite me, & vivetis: in eo enim, quod quærent Dominum, vivere incipiunt. (*In Amos cap. 5.*)

LXXXVI. Dominus non ea, quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. (*Ibid.*)

LXXXVII. Difficile homines potentes, & nobiles, & divites, & multo his difficilius eloquentes credunt Deo. (*In Jonam. c. 3.*)

LXXXVIII. Offertis super altare meum panem pollutum. Polluimus panem, id est corpus Christi, quando indigni ad altare accedimus, & sordidi mundum sanguinem bibimus, & dicimus: Mensa Domini despecta est: non quod hoc aliquis audeat dicere, & quod impie cogitat scelera ta voce proferre; sed opera peccatorum despiciunt mensam Dei. (*In Malach. c. 1.*)

LXXXIX. Beati pauperes. Et ne quis putaret paupertatem, quæ numquam necessitate portatur, à Domino prædicari, adjunxit: spiritu, ut humilitatem intelligeres, non penuriam. (*Lib. 1. in Matth. c. 5.*)

XC. Beati, qui esuriunt, & sitiunt justitiam. Non nobis sufficit velle justitiam, nisi justitiæ patiamur famem: ut sub hoc exemplo numquam nos satis justos, sed semper esurire justitiæ opera intelligamus. (*Ibid.*)

XCI. Beati misericordes. Misericordia non solum in eleemosynis intelligitur, sed in omni peccato fratris, si alter alterius onera portemus. (*Ibid.*)

XCII. Beati pacifici. Qui primum in corde suo, & inde inter fratres dissidentes pacem faciunt. Quid enim pro-

dest alios per te pacari, cum in tuo animo sint bella vi-
tiorum? (*Ibid.*)

XCIII. Si petenti datur, & quærens invenit, & pul-
santi aperietur; ergo cui non datur, & qui non invenit, &
cui non aperitur, apparet, quod non bene petierit, quæsie-
rit, pulsaverit. (*In cap. 7.*)

XCIV. Intrate per angustam portam, quia lata via,
quæ ducit ad perditionem. Lata via est sæculi voluptas,
quam appetunt homines, angusta quæ per labores, & jejunia
panditur... per latam multi ambulant; angustam pauci in-
veniunt. Latam non quærimus, nec inventionem opus est;
sponte se offert, & errantium via est: angustam vero nec omnes
inveniunt, nec qui invenerint, statim ingrediuntur per eam.
Siquidem multi inventa veritatis via, capti sæculi volupta-
tibus, de medio itineris revertuntur. (*Ibid.*)

XCIV. Ordinavit in me caritatem. Hic ordo in omni
affectione necessarius est. Ama post Deum patrem, ama ma-
trem, ama filios. Si autem necessitas venerit, ut amor pa-
rentum amoris Dei comparetur, & non possit utrumque ser-
vari, odium in suos, pietas in Deum sit. Non ergo prohibi-
uit patrem, aut matrem amare, sed signanter adidit: Qui
amat patrem, aut matrem plusquam me. (*In cap. 10; Matth.*)

XCVI. Qui non accepit crucem quotidie. Ne semel
putemus ardorem fidei posse sufficere; semper crux portan-
da est, ut semper nos Christum amare doceamus. (*Ibid.*)

XCVII. Poterat causari, & dicere, paupertate prohi-
beor; tenuitas me prohibet, ut hospitalis esse non possim.
Et hanc excusationem levissimo præcepto diluit, ut calicem
aquæ frigidæ toto animo porrigamus. Frigidæ, inquit, aquæ,
non calidæ, ne & in calida, paupertatis ex penuria lignorum
ocasio quæreretur. (*Ibid.*)

XCVIII. Otiosum verbum est, quod sine utilitate &

loquentis dicitur, & audientis. Cæterum qui scurrilia repli-
cat, & cachinis ora dissolvit, & aliquid profert turpitudi-
nis, hic non otiosi verbi, sed criminosi tenebitur reus. (*In
cap. 12.*)

XCIX. Angeli eorum semper vident faciem Patris.
Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu
nativitatis in custodiam sui Angelum delegatum. (*In cap.
18.*)

C. Multi divitiis relinquentes Dominum non sequun-
tur; sequitur autem Dominum, qui imitator ejus est, &
per vestigia illius graditur. (*In c. 19.*)

CI. Semper incerti de adventu Judicis, sic quotidie
vivant, quasi die alia judicandi sint. (*Lib. 4. in c. 24.*)

CII. Despicias in opportunitatibus: tunc videtur despi-
cere, quando opportunum tempus est Ecclesiæ, ut adjuvet,
& non statim occurrit illi in tribulatione. Quare? Ut illam exer-
ceat secundum suam voluntatem; quia quanto magis differt,
tanto magis Ecclesia dilatatur in desiderio suo. (*In Psalm.
9.*)

CIII. Gloriamini omnes recti corde. Recti corde dicun-
tur, quibus omnia judicium Dei placent, & seipsos accusant
de suis peccatis; & Deum sive in prosperis, sive in adver-
sis semper laudant. (*In Psalm. 34.*)

CIV. Non malum est divitiis habere tantum, dummo-
do de justo habeantur, & Deo gratiæ referantur, qui eas
dedit; sed malum est spem in divitiis ponere; cum in alio
psalmo dicat: Divitiæ si affluant, nolite cor apponere. Di-
vitiis licet habere ad necessitatem, & non licet possidere ex
amore. (*In Psalm. 52.*)

CV. In lege usuræ accipi prohibentur. Usura est plus
accipere, quam dare. (*In Psalm. 54.*)

CVI. Et factus est in pace locus ejus. Quæ ergo ani-
ma non habet pacem, sciat se non esse locum Dei. (*In*

Psalm. 75.)

CVII. Cogitatio hominis confitebitur tibi : Multi sunt, qui opera mala non fecerunt ; alii sunt , qui nec male loquuti sunt : cæterum qui in cogitatione non peccaverit , nullus hominum reperitur. (*Ibid.*)

CVIII. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum , & ira Dei ascendit super eos. Et nunc in Ecclesia , si quis carne , & sanguine Christi reficitur , & declinat ad vitia , noverit sibi Dei iudicium imminere. (*In Psalm. 77.*)

CIX. Non erit in te Deus recens. Quotcumque vitia habemus , quotcumque peccata , tot recentes habemus Deos. Vidi mulierem , & concupivi , libido mihi Deus est ; unusquisque enim quod cupit , & veneratur , hoc illi Deus est. Avarus aurum Deum habet. (*In Psalm. 80.*)

CX. Misericordiam , & veritatem diligit Deus. Si tantum misericors esset , omnes nos ad peccata provocaret. Si tantum veritatem diligeret , nemo spem haberet poenitentia. Proterea duo quærit , ut ex altero alterum temperet. Si peccator es , audi misericordem , & noli desperare , sed age poenitentiam. Si vero justus es , noli negligens esse , quia Deus clemens est ; quoniam Deus & justus est , & veritatem diligit. (*In Psalm. 83.*)

CXI. Nihil bonum est , nisi quod æternum est . . . quid mihi prodest , si anteriori die Rex fui , & hodie in carcere morior ? . . . recordemur infantia , recordemur adolescentia , recordemur quod aliquando habuerimus divitias . . . ubi sunt illa omnia ? Cogitata magis dolorem faciunt , quam voluptatem. Nihil est itaque bonum , nisi quod perpetuum est. (*In Psalm. 91.*)

CXII. Ad Dominum cum tribularer clamavi , & exaudivit me : non dixit , cum essem in deliciis , clamavi. Vis exaudiri á Domino ? esto in tribulatione , clama , & exaudieris. (*In Psalm. 10.*)

CXIII. Non habeamus spem , nisi in Domino tantum . . . non dicamus : Si sevuero , unde habeo vivere ? Si infirmus factus fuero , unde vivo ? Christum habes , & times ? Si volatilia cæli pascit , dabitur , quod possit te pascere ? Diabolus pascit suos homines , & Christus non pascet servos suos . . . Diabolus dat aurum , & gemmas ; & Christus panem non potest dare ? Nos omnem sollicitudinem projiciamus de cordibus nostris , & dicamus ; in Deo faciemus virtutem. Ipse erit virtus nostra , ipse panis noster , ipse erit rector noster. (*Ibid.*)

CXIV. Vera est poenitentia , jugiter fletibus comissa diluere , & abluta non iterare. (*In Psalm. 118.*)

CXV. Quando damus , non demus quasi de nostro , sed quasi de dono Christi. Non debemus dare quasi mendico , sed quasi fratri. Nos damus carnalia , ille dat spiritualia ; plus dat pauper , quam accipit : nos damus panem , qui in ipsa die consumitur ; ille pro pane reddet nobis regna calorum. (*In Psalm. 133.*)

CXVI. Magis tu agito gratias Christo quando dederis ; quam frater , qui ex eo quod acceperit , tibi gratias agat. Grande nobis beneficium præstant pauperes. Peccata , quæ jam aliter lavare non possumus , extinguit eleemosyna. Quid scriptum est ? Sicut aqua extinguit ignem , ita eleemosyna extinguit peccatum. Hoc præstat eleemosyna , quod & baptismus. (*Ibid.*)

CXVII. Beatus est , qui corripitur ; non retribuet Dominus bis in idipsum. Magna est ira Dei , quando non nobis irascitur. Reservat enim nos , sicut vitulum ad occisionem. (*In Psalm. 140.*)

ADICIONES.

I. Delicatus es, frater, si hic vis gaudere cum sæculo, & postea regnare cum Christo. (*Ep. 1. ad Heliod.*)

II. Nihil aliud discat audire filia, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei perinet. Turpia verba non intelligat, cantica mundi ignoret; adhuc tenera lingua Psalmis dulcibus imbuatur. Procul sit ætas lasciva puerorum: ipsæ puellæ, & pedissequæ à sæcularibus consortiis arceantur, ne quod male didicerint pejus doceant... ne discat in tenero, quod ei postea dediscendum est. (*Ad Letan. ep. 107.*)

III. Verum Christi templum anima credentis est: illam exorna, illam vesti, in illa Christum suscipe. (*Ad Paul. ep. 13.*)

I. Delicado eres, hermano, si pretendes alegrarte aquí con el mundo, y reinar despues con Christo. (*Ep. 1. ad Heliod.*)

II. No aprenda tu hija á oír ni hablar otra cosa sino lo perteneciente al temor de Dios. No entienda lo que significan las palabras torpes: ignore los cantares mundanos: guste ya su tierna lengua la dulzura de los Salmos: retírala de los jóvenes lascivos: no permitas que sus criadas vayan á las concurrencias del siglo, para que no la enseñen peor, lo que ellas aprendieron mal: no sepa cuando niña, lo que despues debe olvidar. (*Ad Letan. ep. 107.*)

III. El alma del fiel es templo de Christo: á esta has de adornar y vestir para recibir en ella á Jesuchristo. (*Ad Paul. ep. 13.*)

IV. Eustoquio y Paula, á las que llevaban en silla los esclavos, quando las parecian pesados los vestidos de seda, y un incendio el calor del sol: ahora barren el suelo, mondan las legumbres, ponen la mesa, y distribuyen la comida. Muchas son las vírgenes que viven con ellas. ¿Quién duda que las podian encargar estos ministerios? Mas no quieren que las excedan en el trabajo del cuerpo aquellas á quienes se aventajan en la virtud del espíritu. (*Ad Pamm. epist. 26.*)

V. No me avergüenzo, ni callo. Quanto mas viles son las cosas que Christo pasó por mí, tanto mas le debo. (*Adv. Helvid.*)

VI. No puedo oír con paciència un sacrilegio. He leido el zelo de Fineés, el rigor de Elías, la severidad de un San Pedro, y la constancia de un San Pablo que cegó al mago Elimas. Lo que es piedad para con Dios, no es crueldad. (*Ad Riparium, 109.*)

VII. En todas las Igle-

IV. Eustochium & Paula, quæ eunuchorum manibus portabantur, quibus serica vestis oneri erat, & solis calor incendium; nunc pavimenta verrunt, mundant legumina, apponunt mensas, effundunt cibos. Certè magnus Virginitum chorus cum illis habitat: num hujusmodi ministeria aliis imperare non poterant? sed nolunt vinci ab his labore corporum, quas ipsæ superant virtute animi. (*Ad Pamm. epist. 26.*)

V. Non erubescimus, non silemus. Quanto sunt humilliora, quæ pro me passus est, tanto plus illi debeo. (*Adv. Helvid.*)

VII. Sacrilegium patienter audire non possum. Legi syromasten Phinees, austeritatem Eliæ, Petri severitatem, Paulique constantiam; qui Elymam magum in cecitate damnavit. Non est crudelitas pro Deo pietas. (*Ad Riparium, epist. 109.*)

VII. Per todas Orientis

Ecclesias, quando legendum est Evangelium, accenduntur luminaria, jam sole rutilante; non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. (*Adv. vigil.*)

VIII. Standum est in Prophetis, & diligentissime contemplandum, & interrogandum de semitis antiquis, quæ multorum Sanctorum sunt trita vestigiis; quæ sit via bona in Evangelio, & ambulandum in ea. (*Ibid. cap. 6.*)

IX. Multo melius est non habere vulnera, & medico non egere. Curatio non beatitudo sanatorum est, sed solatium post dolorem. Igitur qui curatus est, caveat ne iterum peccet. (*In Michæ, cap. 7.*)

X. Rex meus, & Deus meus: quia regnas in me, & non regnat peccatum, propterea Rex meus est. Tu es Deus meus, quia non est venter Deus meus, quia non est aurum Deus meus. (*In Psal. 55.*)

sias del Oriente se encienden luces quando van á leer el Evangelio, aunque el sol esté resplandeciente: no para ahuyentar las tinieblas, sino en señal de alegría. (*Adv. vigil.*)

VIII. No nos hemos de separar de los Profetas; debemos investigar, y preguntar por los caminos antiguos, trillados con las pisadas de muchos Santos; qual es la senda buena del Evangelio, y caminar por ella. (*Ibid. cap. 6.*)

IX. Mucho mejor es no tener heridas, ni necesitar de médico. La curacion no es la bienaventuranza de los que sanan, sino consuelo despues del dolor. Guardese, pues, de volver á pecar el que se cura. (*In Michæ, cap. 7.*)

X. Dios mio, y Rey mio, porque reinas en mí, y no reina el pecado: por esto sois mi Rey. Vos sois mi Dios, porque no es, mi Dios, el venter; ni el oro es mi Dios. (*In Psal. 55.*)

XI. De tres modos se perdonan los pecados. Por el Bautismo se quitan, con la caridad se cubren, y con el martirio ya no se le imputan al Mártir. (*In Psal. 31.*)

XI. Tribus modis remittuntur peccata. Remittuntur per Baptismum, teguntur per charitatem, non imputantur per martyrimum. (*In Psal. 31.*)

